

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die
Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Allocutio Leonis PP. XIII. habita in Consistorio die 24. Maii 1889. — II. Allocutio Leonis PP. XIII. habita in Consistorio secreto die 30. Decembris 1889. — III. Pastoral-Conferenz-Fragen pro 1890. — IV. Theologische Fragen pro 1890. — V. Pfarrconcursprüfungen. — VI. Abholung der hl. Dele am Gründonnerstage. — VII. Knaben-seminars-Rechnung und Ausweis pro 1889. — VIII. Diöcesan-Nachrichten.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII. ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO DIE XXIV. MAII AN. MDCCCLXXXIX.

VENERABILES FRATRES!

Amplissimum Collegium vestrum itemque ordinem Episcoporum hodierna die suppleturi, valde velimus pacatiore vos laetioresque animo affari, nihilque in hunc locum, nisi quod audire liberet, afferre. — At vero quid possumus in tam aspero laboriosoque statu? Circumstant, ut videtis, mala atque incommoda eadem quae undeviginti ante annis, capta Urbe, consecuta sunt: imo evasere diuturnitate graviora, nec apparet quem sint habitura modum, si voluntas inimicorum spectetur, quibus longo successu crevisse animos, nimis acerbe experimur. — Testes estis, Venerabiles Fratres, quali res ferantur cursu, quanta sit in Pontifice violando ex una parte audacia, ex altera impunitas. Neque dubium est quae consilia agitentur: erumpunt enim undique, et multiplices factorum testimonio convincuntur. Scilicet adversus instituta christiana acerbiores quotidie exercentur inimicitiae, constricta romani Pontificis oppressaque libertate. Idcirco contra sacram Sedis Apostolicae potestatem incitari opinionem popularem, invidiamque multitudinis quotidiana dictorum petulantia impune inflammari videmus. — Iamque huc ventum est, ut in hac ipsa urbe, in conspectu prope Nostro, impietati liceat religionem Iesu Christi insigni eademque perenni iniuria lacessere, honoribus virtuti debitis desertori catholici nominis non sine insolenti ostentatione decretis.

His de causis catholicos ex omnibus terris assidua quaedam tenet, velut fixa in pectore, sollicitudo. Neque enim possunt aut ferre leviter parentis publici indignam conditionem, aut libertatem augustissimi ministerii non curare in Episcopo animarum suarum. — Consolari Nos pietate mirabili maximoque studio numquam intermittunt: novissimo autem tempore, cum ex variis Europae partibus in civitates principes summa voluntate convenissent, utilia rebus communibus consilia inter se collaturi, nostis quantam partem cogitationum et curarum suarum Sedi Apostolicae tribuerint. Iamvero quod censuerunt, ad custodiendam apostolici muneris in Pontifice libertatem civili principatu esse opus, sententias suas ad exemplum doctrinasque Sedis Apostolicae, ut aequum erat, conformarunt. Quod autem enitendum sibi omni ratione legitima decreverunt, ut re ipsa Pontifex in libertatem debitam restituatur, iure suo uti sunt, causae iustissimae, quae catholicorum omnium communis putanda est, tutelae suscepta. — Pro

qua caussa Nos quidem maxime et ante alios, ut debemus, diu propugnamus, ab eâque vindicanda, ita adsit propitius Deus, nec longinquitas temporis Nos, neque ulla difficultatum magnitudo deterrebit.

Iam, ut propositum exsequamur, adlegere in Collegium vestrum decrevimus Episcopos aliquot ex Gallia, Belgio, Bohemia, pietate dotrinâque commendatos, qui in sua quisque Dioecesi administranda luculentum virtutum episcopalium dedere specimen: item duos Antistites Vrbanos, qui per varios munerum gradus laudabilem operam Sedi Apostolicae diu navarunt. Ii autem sunt FRANCISCVS MARIA RICHARD, Archiepiscopus Parisiensis: IOSEPHVS ALFREDVS FOVLON, Archiepiscopus Lugdunensis: AMATVS VICTOR GVILBERT, Archiepiscopus Burdigalensis: PETRVS LAMBERTVS GOOSSENS, Archiepiscopus Mechliniensis: FRANCISCVS PAVLLANVS SCHÖNBORN, Archiepiscopus Pragensis: ACHILLES APOLLONI, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecamerarius: CAIETANVS DE RVGGIERO, Praefectus Operum Vaticanorum. Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales Ex Ordine Presbyterorum FRANCISCVM MARIAM RICHARD, IOSEPHVM ALFREDVM FOVLON, AMATVM VICTOREM GVILBERT, PETRVM LAMBERTVM GOOSSENS FRANCISCVM PAVLLANVM SCHÖNBORN. Ex Ordine Diaconorum ACHILLEM APOLLONI CAIETANVM DE RVGGIERO. Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ es Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen

II.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII. ALLOCVTIO

HABITA IN CONSISTORIO SECRETO DIE XXX. DECEMBRIS AN. MDCCCLXXXIX.

VENERABILES FRATRES.

Tempestivum quoddam solatium ex remotis Americae oris, pariterque ex Helvetiis nuper accepimus. Quod enim magnopere catholici expetebant, ut propria aliquot sibi esse Gymnasia magna in eruditionem iuventutis liceret, id sua ipsorum contentione novissimo tempore assecuti sunt, constitutis Washingtoni, Ottawae, itemque Friburgi maiorum disciplinarum domiciliis: in quibus hoc quidem sanctissimae legis instar habebitur, coniungere incolumitatem fidei cum elegantia doctrinae, neque minus ad religionem, quam ad artes optimas informare adölescentes. Qua de re probe intelligimus quantam haberi gratiam imprimis Episcoporum providentiae et constantiae, tum collatae privatorum operae oporteat. Utrisque sua tribuenda laus quod, coniunctis consiliis studiisque, memorabile beneficium pepererint, quo non Ecclesia solum, sed civitas magnâ cum salute sua perfruatur. Nam eiusmodi coeptorum cernimus animo, Venerabiles Fratres, fructus futuros: intereaque Nos ea cogitatio non parum recreat, in civitatibus, quae memoratae sunt, libere properare ad incrementa posse catholicum nomen, tutela legum et hominum aequitate defensum. —

Ista quidem satis incunda foris acerbiores sensum earum rerum efficiunt, quae geruntur domi. Hic enim impugnare Ecclesiam adversarii non desistunt: quin etiam profitentur hostiles animos

quotidie audacius, gloriamque facinoris ultro petere non verentur. Satis eloquuntur hominis non privati nuper dicta, cum in concione frequenti, eâque consulto vocatâ, quid rectores rerum italicarum de Ecclesia romanoque Pontificatu cogitent, quid velint, aperte indicavit. — Neque absimiles in Urbe, mense Iunio, auditae voces, quibus diebus per inusitatas easque clamosas significationes non tam transfugae honos, quam Ecclesiae ignominia quaerebatur. Ita facile apparet, eodem inclinare utrobique sententias, et hoc esse prorsus commune propositum, exercere cum avita religione inimicitias, pravarumque sectarum auspiciis et ductu totum italarum genus, si fieri posset, ab Ecclesiae complexu divellere. Compertas illas habetis, Venerabiles Fratres, plenas importunitate atque audacia sententias. Romanorum Pontificum in Urbem Romam oppugnare iura placuit, eademque usque adeo opinione minuire, ut non plus habere momenti dicta sint, quam quod regiarum domorum rationes habere universe solent. Quod autem est Nobis ereptum, id esse novis possessoribus firmo perpetuoque iure quaesitum, quasi nasci ius ex vi iniuriâque possit. — Supervacaneum profecto est hoc loco meminisse titulos omnino singulares, quorum caussâ Sedes Apostolica ius sibi suum in Urbe vindicat, vindicabit. Pariter nihil est opus naturam commemorare civilis romanorum Pontificum principatus, qui, cum illuc pertineat ut apostolici ministerii libertatem dignitatemque debitam efficaci custodia tueatur, caussam habet sibi unice propriam, idemque a communi ratione principatum non parum differt. At vero silere omnino neque possumus, neque debemus, cum in Apostolicam Sedem istos velut renovatos impetus vis inimica convertat. Eo vel maxime, quod in propugnatione iuris Nostri non tutelam rei alicuius mortalis Nobis proponimus ipsi tamquam finem, sed maiora quaedam atque altiora spectamus. Videlicet fidem christianam conservari integram, ut oportet, volumus: eius enim vocatur in discrimen incolumitas, quando qui populo praesunt has partes assignant reipublicae, vindicare humanae rationi sine modo, sine lege, principatum: quod, missis ambagibus, nihil est aliud, quam respuere funditus quaecumque a Deo tradita sunt, planeque ab Ecclesia desciscere. Itaque non id agitur tantum ut religionem civitas nullam habeat potiore, aequabilitatemque iuris largiatur nullo discrimine singulis, in quo iniqua et summe pernicioosa ipsa aequabilitas est: sed lacessere placet catholicum nomen publica denunciatione belli, et cum pessimis Iesu Christi inimicis consilia viresque coniungere. Vix credibile videatur, huc denique esse perventum, idque in Italarum gente, quae christianae veritatis lumen maturime, Dei munere, aspexit bonitatisque divinae maxima ac plane singularia beneficia undeviginti saeculorum spatio et sensit et religiose custodivit. Sed res est ante oculos posita. Nec sane minacius dicunt, quam faciant: quin omni ratione conantur destinata perficere, propterea non desinunt institutorum et legum in Ecclesiae perniciem torquere cursum.

Proxima calendae Ianuariae initium novi iuris poenalis sunt, ut nostis, allaturae. De quo cum deliberationes anno superiore in legumlatorum coetu haberentur, Nos quidem hoc ipso loco haud praetermisimus capita illa, ut oportebat, redarguere, quae per speciem castigandae licentiae illuc revera pertinent ut iustam Cleri libertatem minuant, operamque praepediant. In quo detractum iri plurimum Ecclesiae diximus, quippe quae in societatis perfectae formam divinitus constituta sui iuris est, nec debet in muneribus officiorum suorum ulli hominum imperio subesse. Simul conquerebamus, iniuriam fieri universo ordini Clericorum quod in eos, nulla caussâ probabili, sacri iuris auctoritate contempta, singulares leges singulari severitate constituerentur. Que tamen perlevi sententiarum mutatione probatae lataeque sunt. Nos itaque apostolici officii Nostri memores quas tunc expostulationes, coeptâ iniuriâ, fecimus, easdem nunc, patratâ, renovamus.

Sed aliud ex alio vulnus impendere Ecclesiae videtis: rogatam legem intelligimus de Operibus Piis, quam nuperrime festinatis suffragiis probavere: quamque ipsam fatentur esse tanquam gradum ad cetera iactum; scilicet ad omnia religionis delenda vestigia ex institutis civitatum. Congruit sane cum eiusmodi proposito ratio legis; cuius ea vis est imprimis, quaecumque pietatis caussâ instituta esse constiterit, ea partim extinguere, partim in aliam formam naturamque convertere, ita plane ut in tanta mutatione eversio rerum institutarum verissime consecutura videatur. — Sed illud prae ceteris nec pietati consentaneum nec iustitiae, omnia fere, quae instituta sint aut testamento relictâ, divini cultus caussâ, aut defunctis expiandis, dotandisque puellis ad collegia Monialium aspirantibus, hoc ipso haberi caduca et vacua, aliosque in usus converti oportere. In quo perspicuum est, auctorum violari voluntatem,

propterea quod suam illi pecuniam utique in eas causas, quae memoratae sunt, nec ullo pacto in alias, addixere: quae causae cum ad religionem, ad piorum manum solatia, ad perfectionem virtutis pertineant, tam sunt naturâ immutabiles ac perpetuae, quam iura et officia, quae hominem iungunt Deo. — At vero ne illud quidem praeterire taciti possumus, in Decurias praepositorum rei subsidiariae administrandae plerosque omnes cooptari, ne feminis quidem exceptis, licere, Parochos non licere. Quod quidem ita placuisse memoravere ob cognitam illorum in Episcopos suos romanumque Pontificem voluntatem: ita ut dubitari non possit, qua mente, cuius rei gratiâ, hanc, de qua loquimur, legem invenerint. — Utique *laicam* inquit esse beneficentiam, oportere, ut queat esse gratior: nam accipere verecundius, animumque despondere calamitosos consuevisse, ubi caritatem christianam sibi sentiant adesse. Sed miserum est in christianis reperiri, qui tam vehementer errent in eius aestimatione virtutis, quae princeps est et regina ceterarum. Quandoquidem sincera voluntas hominum iuvandorum non potest nisi ex intima benevolentia nasci: hanc vero aut unice aut maxime insidere in eorum animo necesse est, qui singulos homines poene se alteros putent, fratrumque diligant loco: qui ceteros aequae ac se ex Deo tamquam patre genitos, pariterque Iesu Christi sanguine redemptos, et ad eandem caelis felicitatem vocatos sciant. Quin inopes atque aerumnosos tam amanter Iesus Christus complectitur, ut collatam in eos beneficentiam plane collocatam apud se, seque ipse obligatum beneficio deputet. His sensibus comitata caritas tantum abest ut animos frangat miserorum, ut potius extollat ad tantam personae dignitatem, quantam homo sine caelestis doctrinae lumine ne fingere quidem cogitatione posset. Nunc vero huiusce indolis caritas frustra requiratur extra Ecclesiam Dei, quam videlicet unam Iesus Christus sapientiae, disciplinae, charismatum suorum reliquit heredem: quaeque divini auctoris sui quam bene et obtemperare consiliis et exempla imitari consueverit, dedit omni tempore documenta maxima. Ullumne aerumnarum est genus, cui non Ecclesia succurrere nedum pietate materna, sed excellenti prudentia vigilantique studuerit? Ita eius potissimum operâ atque auctoritate, aut saltem consilio, gratiâ, tutelâ, opportuna variis calamitatibus solatia ubique gentium inventa sunt, sed iis in locis plura, in quibus florentior Ecclesia, virtutumque christianarum studia maiora. Insignis hac laude Italia, quae fidem catholicam, per prospera, per adversa, intemeratam retinendo, fuit omni aetate beneficiorum huius generis uberrime ferax. Eo magis inhumanum atque italica gente indignum, praeripere Ecclesiae voluisse beneficentiae publicae facultatem. — Obten-derant quidem intervursos redditus maleve locatos: sed lux veritatis unde minime voluissent, erupit. Instituta de administratione quaestio criminationem falso confictam splendide refutavit.

Inter quae velut ad cumulandas iniurias aliud accessit commissum audax, quo, qui rerum civilium potiuntur, in ipsam rei sacrae administrationem invasere. Facile. Venerabiles Fratres, intelligitis quo spectet oratio: ad ea nimirum, quae contra venerabilem fratrem Aloisium Episcopum titularem Troadensem, Ordinarium Aquaevivae et Altamurae, his ipsis postremis mensibus aggressi sunt statuere. Actas res universi cognoscitis: primum Episcopo Troadensi interdictum utriusque Ecclesiae bonis: tum ipsum gradu motum: aedibus eiectum: simulque earum Ecclesiarum delatum alteri regimen, perinde ac res agatur mere civilis, omnino in ditione arbitrioque posita politicae potestatis. Quo facto non perruptae solum Ecclesiae leges sunt, sed ipsa pontificii Nostri primatus nativa iura violata. Itaque non sine magno angore animi conquerimur talem iniuriam: simul, quae hac super re per vim decreta gestave sunt, improbamus atque apostolica auctoritate reiicimus. Ad Clerum populumque earum Ecclesiarum quod attinet, utrosque in Domino monemus, quid a se postulet officium serio perpendere. Sicut aequum est, politicae potestati dicto audientes esse in rerum genere civilium, ita in iis quae reginem animarum attingunt non alii possunt auctoritati, quam Nostrae legitimoque iure praepositorum subesse, nisi velint, quod Deus prohibeat, se ipsi ab hoc centro seiungere catholicae unitatis.

Nunc vero, prius quam Episcopi designentur vacuis Ecclesiarum sedibus praeficiendi, ad maiorem Dei gloriam et Ecclesiae utilitatem duos praestantes viros S. R. E. Cardinales creamus, quos tamen iustis de causis in pectore reservamus, arbitrio Nostro quandocumque publicandos. Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

III.

Pastoral-Konferenz-Fragen für das Jahr 1890.

1. Das gegenseitige Verhältniß des Pfarrers und des Cooperator's sowie die Pflichten Beider bezüglich der Seelsorge überhaupt und des religiösen Unterrichtes in Kirche und Schule insbesondere wollen besprochen werden. Welche kirchliche Vorschriften gelten diesbezüglich im Allgemeinen und welche im Besondern in der Lavanter Diöcese?

2. Man spricht unablässig von einer socialen Frage. Was ist sie und welchen Antheil hat die katholische Kirche an deren Lösung? Wie kann der Klerus hiebei mitwirken und welchen Antheil kann er insbesondere an der Lösung der Bauern- Handwerker-, Arbeiter- und Armen-Frage nehmen?

IV.

Theologische Fragen für das Jahr 1890.

1. Versiones s. Scripturae in linguis vivis et vernaculis summa diligentia hac aetate exarantur et cupidissime divulgantur. Dilucidetur quaestio de Ecclesiae catholicae doctrina, praxi, legislatione circa s. Bibliorum lectionem in linguis vulgaribus deque Eius sententia quoad sic cognominatas societates biblicas. Refellantur adversantium errores de hac re.

2. Exponatur causalitas et effectus sacramentorum in genere. In specie autem recenseantur effectus ss. Eucharistiae et explanetur, quid censendum sit de frequenti usu s. communionis.

3. Predigt in deutscher oder slovenischer Sprache über Röm. 9, 1—5.: „Ich sage die Wahrheit in Christo, ich lüge nicht; mein Gewissen gibt mir Zeugniß im heiligen Geiste, daß ich große Trauer und beständigen Schmerz in meinem Herzen trage. Denn ich wünschte selbst im Banne zu sein, los von Christo, statt meiner Brüder, die meine Verwandten sind dem Fleische nach, welche die Israeliten sind, denen die Kinderschaft, die Herrlichkeit, der Bund, die Gesetzgebung, der Gottesdienst und die Verheißungen angehören, denen die Väter und aus denen dem Fleische nach Christus stammt, der da ist über Alles Gott, hochgelobt in Ewigkeit Amen.“

Einleitung. Anlaß zu diesem Schmerzensrufe des hl. Paulus.

Abhandlung. 1. Worin wurzelte die Liebe des hl. Paulus zu seiner Nation?

2. Wie sollen und können wir den gefeierten Apostel hierin nachahmen?

Schluß. Apostrophe der christlichen Vaterlandsliebe.

Anmerkung. Punkt 1. ist auszuarbeiten, das Uebrige ist zu skizziren.

V.

Pfarrkonkursprüfungen im Jahre 1890.

Diese Prüfungen werden heuer und zwar die erste am 6., 7. und 8. Mai, die zweite aber am 2., 3. und 4. September in der F.=B. Residenz in Marburg stattfinden.

Die Gesuche um Zulassung zu dieser Prüfung sind durch das F.=B. Dekanatsamt wenigstens 14 Tage vor der Prüfung an das F.=B. Ordinariat vorzulegen.

VI.

Die hl. Oele

sind wie gewöhnlich am Gründonnerstage in der F.=B. Ordinariatskanzlei daselbst in Marburg abzuholen. Die Delgefäße sind vorher sorgfältig zu reinigen.

VII. Rechnung

über die **Empfänge** und **Ausgaben** des fürstbischöflichen Knabenseminars „**Maximilianum**“
vom 1. Jänner 1889 bis dahin 1890.

		Capitalien		In Barem	
		fl.	fr.	fl.	fr.
I. Empfänge:					
A. Cassareß mit 1. Jänner 1889.					
1	In Barem	—	—	34	09
2	An Capitalien	40624	26	—	—
B. Neue Empfänge.					
3	Interessen von Activ-Capitalien	—	—	1745	11
4	Beitrag des P. T. Herrn Martin Ivanc, Ehrendomherrn und Dechant	—	—	50	—
5	Legat des Herrn Georg Martinko, Pfarrer in Sromle	—	—	43	43
6	Rückgezahltes Darlehen der Gertraud Korent	—	—	210	—
7	Steuerfreie Noten-Rente Nr. 20728, 59025 à 100 fl.	200	—	—	—
Summe der Empfänge		40824	26	2082	63
II. Ausgaben:					
1	Für die Verpflegung der Zöglinge und des Hauspersonales	—	—	1715	82
2	Feuerversicherung für Hrenea	—	—	7	40
3	Das Vitalicium der Barbara Obroš	—	—	77	70
4	„ „ „ Rosa Koren	—	—	100	80
5	Das rückgezahlte Darlehen der Gertraud Korent kommt in Abfall	210	—	—	—
6	Steuerfreie Noten-Rente Nr. 20728, 59025 pr. à 100 fl., Cours 101 fl. 35 fr.	—	—	202	70
7	Coupon der Noten-Rente pr. 200 fl.	—	—	2	08
8	Die Auslagen für den Weingarten in Hrenea	—	—	98	93
9	Die Auslagen für den Brunader'schen Weingarten in Sauritsch	—	—	336	31
10	Verschiedene Auslagen	—	—	2	40
Summe der Ausgaben		210	—	2544	14
Werden die Einnahmen abgezogen pr.		40824	26	2082	63
so ergibt sich mit 31. Dezember 1889					
a) der Stand der Capitalien pr.		40614	26	—	—
b) ein Abgang pr.		—	—	461	51
Capitalien des Maximilianum:					
1. Privatschuldbriefe		8264 fl. 26 fr.			
2. Im öffentlichen Fonde		32350 „ — „			
Zusammen obige		40614 fl. 26 fr.			
An Realitäten besitzt das Maximilianum einen Weingarten in Hrenea, Pfarre St. Peter bei Marburg.					

Rechnung

über die **Einnahmen** und **Ausgaben** des fürstbischöflichen Knabenseminars „**Victorinum**“
vom 1. Jänner 1889 bis dahin 1890.

		Capitalien		In Barem	
		fl.	fr.	fl.	fr.
I. Empfänge:					
A. Cassareß mit 1. Jänner 1889.					
1	In Barem	—	—	1961	85
2	An Capitalien	50346	92	—	—
B. Neue Empfänge.					
3	Interessen von Activ-Capitalien	—	—	2142	06
4	Miethzins des Victorinum-Hauses in Marburg	—	—	500	—
5	Steierm. Grundentlastungs-Oblig. Nr. 3912, verlost	—	—	105	—
6	Beitrag des Herrn Pfarrers Johann Lenart	—	—	5	—
7	Rückgezahltes Darlehen der Filialkirche zur hl. Rosalia	—	—	50	—
8	Theilbetrag für den Wein zu Allerheiligen	—	—	50	—
9	Sparcasse-Einlage Nr. 2382 in Luttenberg erhoben	—	—	1417	50
10	Escomptebank in Marburg erhoben	—	—	100	—
11	Für steierm. Grundentl.-Oblig. Nr. 3913 pr. 650 fl. CM. erhalten	—	—	716	62
12	Steuerfreie Notenrente Nr. 7504 pr.	700	—	—	—
13	Pfandbrief der österr.-ungar. Bank Nr. 13146, 4%, 1. Oct. 1886	1000	—	—	—
14	Südsteirische Sparcasse in Gills, Büchl Nr. 109	1500	—	—	—
Summe der Empfänge		53546	92	7048	03
II. Ausgaben:					
1	Für die Verpflegung der Zöglinge und des Hauspersonales	—	—	2584	50
2	Vitalicium der Maria Pernausl	—	—	60	—
3	" " Josefa Smrečnik	—	—	80	—
4	Steuern für das Victorinum-Haus in Marburg	—	—	132	60
5	Aequivalentgebühr	—	—	56	25
6	Feuerasssekuranz	—	—	—	92
7	Die Bestellung des Weingartens in Allerheiligen	—	—	200	—
8	Steuerfreie Noten-Rente Nr. 7504, Cours 99 fl. 90, fr. pr. 700 fl.	—	—	699	30
9	Pfandbrief der österr.-ungar. Bank Nr. 13046, 1. Oktober 1886, pr. 1000 fl. Cours 99 fl. 80 fr.	—	—	998	—
10	Coupon für obige Obligationen	—	—	23	99
11	In die Südst. Sparcasse Gills gelegt	—	—	1500	—
12	Steierm. Grundentl.-Oblig. Nr. 3912 und 3913 kommen in Abfall	750	—	—	—
13	Sparcasse-Einlage in Luttenberg kommt in Abfall pr.	1417	50	—	—
14	Escomptebank-Einlage in Marburg kommt in Abfall pr.	100	—	—	—
15	Verschiedene Auslagen	—	—	3	13
16	Rückgezahltes Darlehen der Filialkirche zur hl. Rosalia kommt in Abfall	50	—	—	—
Summe der Ausgaben		2317	50	6338	69
Werden die Einnahmen entgegengehalten pr.		53546	92	7048	03
so ergibt sich am 31. Dezember 1889					
a) der Stand der Capitalien pr.		51229	42	—	—
b) an Barschaft		—	—	709	36
A. Capitalien des Victorinum:					
1.	Privatschuldbriefe	6229 fl. 42 fr.			
2.	Im öffentlichen Fonde	45000 " — "			
Zusammen obige		51229 fl. 42 fr.			
B. Realitäten des Victorinum.					
1. Ein Weingarten in Allerheiligen. 2. Ein Haus in Marburg.					

Marburg, am 31. Dezember 1889.

Laurentius Herg,
Domkapitular.

Rechnungs-Abschluß

des F. B. Knaben-Seminars „**Maximilianum-Victorinum**“

für die Zeit vom 15. September 1888 bis 15. September 1889.

		Betrag	
		fl.	fr.
A. Einnahmen:			
1	Cassareß vom Jahre 1888	31	50
2	Von dem hochwürdigsten F. B. Consistorium auf Rechnung des:		
	a) Maximilianums	1715 fl.	82 fr.
	b) Victorinums	2584 "	50 "
	c) Ueberzahlung	99 "	68 "
	Zusammen	4400	—
3	Beiträge der Zöglinge des		
	a) Maximilianums	770 fl.	— fr.
	b) Victorinums	685 "	— "
	Zusammen	1455	—
4	Spenden für die Kapelle	123	56
5	Außerordentliche Einnahmen	354	—
Summe aller Empfänge		6364	06
B. Ausgaben:			
1	Verköstigung der Zöglinge und des Hauspersonals:		
	a) Fleisch	1089 fl.	30 fr.
	b) Brod	797 "	73 "
	c) Mehl	413 "	41 "
	d) Specereien	351 "	07 "
	e) Gemüse	317 "	80 "
	f) Speck und Rindschmalz	224 "	84 "
	g) Wein	290 "	— "
	h) Küchenbedürfnisse	441 "	51 "
	Zusammen	3925	66
2	Wäsche	308	86
3	Beheizung	312	27
4	Krankenpflege	84	62
5	Lohnung des Dienstpersonals	311	85
6	Steuern und Versicherung	540	59
7	Ausschmückung der Kapelle	272	60
8	Hauserfordernisse, Anschaffung	435	44
9	Gesangsunterricht	40	—
10	Saldo	132	17
		6364	06

Marburg, am 15. September 1889.

Dr. Johann Wlaker,
Regens.

VIII.

Diöcesan-Nachrichten.

Installirt wurden als Pfarrer die Herren: Matthäus Vrečko in Ponikl, Jakob Zupanč in St. Oswald im Drauwalde, Josef Rostaher in Bdoie, Valentin Jaric in Kostreiniz und Franz Cizej in Gairach.

Bestellt wurden als Pfarrprovisoren die Herren: Martin Jurkovič zu St. Peter bei Marburg, Franz Irgl zu Gillsi, Gregor Presečnik zu Bölschach, dann Titl. Herr Josef Tombah, Dechant, als Mitprovisor zu St. Florian am Boč.

Angestellt wurden wieder als Kaplan: die gewesenen Provisoren Herr Anton Inkret in Ponikl und Johann Kozine in Kostreiniz; der zeitliche Quiescentpriester Herr Johann Pajtler in St. Lorenzen a. d. Kärntnerbahn.

Uebersezt wurden die Herren Kaplan: Josef Atteneder nach Gillsi, Andreas Gliebe D. D. Pr. nach St. Nikolai bei Luttenberg, Josef Gunder nach Deutsch, Josef Mlasko nach St. Jakob in B. B., Herm. Kapus nach Feilenstein, Franz Korosec nach Birkoviz, Stefan Pivec nach Schiltern und Josef Sinko nach Gonobiz.

In den zeitlichen Ruhestand sind getreten die Herren Kaplan: Jakob Brglez in Trennenberg und Jakob Kočevar in Gonobiz.

Gestorben sind Herr Kaspar Lesjak, Pfarrer in Kostreiniz am 20. September v. J. im 67. Lebensjahre, der Hochw. Herr Ehrencanonicus Markus Glaser, Pfarrer in St. Peter bei Marburg am 9. Dezember v. J. im 84. Lebensjahre, Herr Franz Osterc, Kaplan in Birkoviz am 31. Dezember v. J. im 36. Lebensjahre, der Hochw. Herr Anton Ritter v. Wretschko, inf. Abt und Stadtpfarrer in Gillsi am 5. Jänner l. J. im 71. Lebensjahre und Herr Johann Pajek, Pfarrer in Bölschach am 19. Jänner l. J. im 57. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Stadtpfarrvikarsstelle in Gillsi und die Kaplansposten zu St. Veit bei Montpreis und Bölschach.

J. B. Saverter Ordinariat in Marburg

am 25. Jänner 1890.

Michael,
Fürstbischof.

Classifikation

der Zöglinge des fürstbischöflichen Knaben-Seminars „Maximilianum-Victorinum“ im II. Semester
des Schuljahres 1888/9.

Post- Nummer	N a m e	Classe	G e b u r t s o r t	Ab- theilung	F o r t g a n g	A n m e r k u n g
1	Belsak Stefan	VIII.	Sauritsch	Vict.	I.	Zeugnis der Reise
2	Čížek Alois	"	Peilenstein	Max.	I.	Zeugnis der Reise
3	Kozar Jakob	"	Regau	Vict.	I.	Zeugnis der Reise
4	Trtinek Matth.	"	Nemšnik	"	I.	Zeugnis der Reise
5	Meško Josef	VII.	Großsonntag	"	I.	
6	Osenjak Matth.	"	St. Lorenzen am Drauf.	"	I.	
7	Zmave Johann	"	Kapellen b. Rann	Max.	I.	
8	Fekonja Anton	VI.	St. Georgen a. d. Stainz	Vict.	I.	
9	Kovačič Anton	"	St. Gemma	Max.	I.	
10	Trstenjak Johann	"	Kötsch	Vict.	Vorzug	
11	Gobec Josef	V.	Rohitsch	Max.	"	
12	Hauptmann Ignaz	"	Maria i. d. Wüste	Vict.	I.	
13	Korošec Anton	"	St. Georgen a. d. Stainz	"	I.	
14	Silvester Ignaz	"	St. Barbara i. d. Kollos	"	Vorzug	
15	Schreiner Franz	"	Hl. Kreuz b. Luttenberg	"	I.	
16	Sanda Johann	"	Rohitsch	Max.	I.	
17	Bohak Franz	IV.	Pölschach	"	Vorzug	III. Preis d. steierm. Gesch.
18	Erker Josef	"	Laporje	"	I.	
19	Honjec Josef	"	St. Peter b. Königsberg	"	Vorzug	
20	Jančič Johann	"	Laporje	"	I.	
21	Krule Franz	"	Rann	"	I.	
22	Panič Josef	"	Polsterau	Vict.	I.	
23	Pečar Alois	"	Gams	"	I.	
24	Somrek Josef	"	Čadram	Max.	I.	
25	Trop Franz	"	Friedau	"	Vorzug	I. Preis d. steierm. Gesch.
26	Vogrinc Anton	"	St. Veit b. Pettau	"	I.	
27	Žekar Josef	"	Olmitz	"	Vorzug	
28	Ferne Gotthard	III.	Kr. St. Gotthard	"	I.	
29	Ivanc Johann	"	Reichenburg	"	I.	
30	Jerovšek Anton	"	Wind.-Feistritz	"	Vorzug	
31	Krošel Franz	"	Kapellen b. Rann	"	"	
32	Kurnik Max	"	St. Anna am Kriechenb.	Vict.	I.	
33	Navoglav Friedrich	"	Laaf b. Steinbrück	Max.	I.	
34	Ozvalt Franz	"	Polsterau	Vict.	I.	
35	Schmirmaul Franz	"	Laring	"	Vorzug	
36	Dolar Anton	II.	Schleinitz b. Marburg	"	"	
37	Korošec Alois	"	Hl. Kreuz b. Luttenberg	"	"	
38	Krener Rudolf	"	Lüßer	Max.	I.	
39	Kukovec Florian	"	St. Lorenzen W.=B.	Vict.	I.	
40	Majcen Martin	"	Polensak	"	Vorzug	
41	Oswatič Franz	"	St. Lorenzen W.=B.	"	I.	
42	Senčar Matth.	"	St. Georgen a. d. Stainz	"	I.	
43	Stegenšek August	"	Gairach	Max.	Vorzug	
44	Zičkar Markus	"	Reichenburg	"	"	